

De alienatione rerum pupillarum.

16. Idem AA. & CC. Proculo. Non omni 1 titulo res pupilli potestatem alienandi 2 tutores habent...

De testamenti factione, vel donatione.

17. Idem AA. & CC. Martiali. De successione sua 6 tutores frustra timent: cum his qui tutelam administraverunt...

De periculo nominum, & de pignoribus.

18. Idem AA. & CC. Soterico. Debitoribus pupillae pro officii ratione tutorem te constitutum addeverans...

De absentee tutore dato.

19. Idem AA. & CC. Vindiciano. Tutor licet absens 11, decreto datus, si sciens 12 solemniter se non excuaserit...

De tacita hypotheca in bonis tutoris vel curatoris.

20. Imp. CONSTANTINUS A. Eusefianus. Pro officio administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitoribus exsistant...

De donationem condicione neglecta.

21. Idem A. Maximo P. P. Pupillorum 16 seu minorum defensores, si per eos donationum condicio neglecta 18 est...

De alienatione rerum pupillarum.

22. Idem A. ad Populum. Ex 21, quae tutores curatoresque necessitate adfrixit, ut aurum, argentum, gemmas, vestes...

1 Ergo aliquo: sunt enim alienationis variae species & causae. 2 Hoc inquit, certis causis, alienandi facultatem tutoribus perito...

men ut ex mobilibus aut praedia idonea compararentur 1, aut si forte (ut adflet) idonea non potuerint inveniri...

Si debitor pupilli solvat.

25. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P. Ancimus: creatione tutorum & curatorum cum omni procedente cautela, licere debitoribus pupillorum vel adulatorum ad eos solutionem...

Ne auctoritas interposita nocet tutori, vel curatori.

26. Idem A. Joanni P. P. Quam quaedam mulier testamento condito filium suum praeterisset 10, idem autem filius, qui praetertus erat, vel fratris, vel extranei effectus tutor, vel curator...

27. Idem A. Joanni P. P. Constatutionem, quam nuper 25 fecimus, disponentes, quemadmodum debent solutiones in contractibus minorum fieri...

DE PERICULO 45 TUTORUM ET CURATORUM.

Notitiae causa datus tutor periculo subjacet.

1. Imp. ALEXANDER A. Quarto. ET qui notitiae 46 causa liberti tutores dantur, quamvis fili admittendorum negotiorum pupillorum sine adulatorum facultatem interdum non accipiant...

In Diversa provincia administrandi periculo non subjacet.

2. Idem A. Saturno. AD eos, qui in alia 47 provincia tutelam admittunt, periculum admittitionis ex persona tutorum, qui in alia provincia res pupilli gerunt...

Non servanda, vel in bono servanda, si combustis.

3. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Gratiano. SI res pupillares, quas in J horreo conditas habere, aut etiam vendundare debuerit 48, in hospitio 49 tuo (ut advectas) vi ignis ad-

1 Et si forte, si quis ex quadam interpellatione admittitur pro liti instructione confusam caute exposerit, vel post litem contestatam, quam per se, non per procuratorem suscepit...

